

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiæ Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiæ, 1766

LIB. XXXVII. TIT. IV. De Bonorum Possessione Contra Tabulas.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9050

tantum specialitas innuitur in *d. l. 8.* secus est, si tutor solus adire potest, scilicet si vel infans vel furiosus sit, tunc in repudiando quoque sola ejus voluntas spectatur. Item si pupillus eo autore se declaret, voluntas tutoris inspicitur. *d. l. 11.* Illa igitur specialitas tantum indigitatur in *d. l. 8.*

LIB. XXXVII. TIT. IV.

DE BONORUM POSSESSIO-
NE CONTRA TABULAS.

Qv. I. *An inique tantum praeteritis detur querela inofficiosi testamenti?*

NEGATUR, sed testamentum ob praeteritionem patris ipso jure nul- *Laut. pag.*
lum est: non enim valet, nisi ex justissimis causis praeteriti sint: *535. verb.*
quin cum ipse Lauterbachius non rite exhaeredatis tribuat bonorum pos- *inique*
sessionem, nedum praeteritis ea competit. Vid. *supr. tit. de Inoff. te- tantum*
stam. q. 4. 5. & 7. *&c.*

Exc. Si a matre & similibus sint praeteriti, quia hi pro exhaeredatis habentur. *d. tit. q. 7.*

Qv. II. *An valeat testamentum, in quo filius est institutus, si praeteriti filii agnoscant voluntatem defuncti?*

RESP. Equidem si praeteritus abstinet, ex aequitate praetoria con- *Laut. pag.*
valescit institutio; at secus est, si ipse institutus contra testamentum *535. verb.*
agere velit. *d. l. 10. §. 6.* *licet praeteriti &c.*

Obj. *l. 3. §. 11. h.* ubi non tollitur testamentum, nisi alter committat edictum.

Resp. Ibi alter committere dicitur; committit autem non qui agit, sed qui potest agere: seu, non quaeritur: an corruat, si filius abstinet, sed an reliqui, qui non abstinent, agere possint, quod affirmatur.

LIB. XXXVII. TIT. V.

DE LEGATIS PRÆSTANDIS
CONTRA TABULAS B. P. PETITA.

Qv. *An bonorum possessione contra tabulas totum rescindatur testamentum, ita, ut nec legata valeant?*

AFFIR-

